

Mythologia, Venise, 1567 - X [04-06] : De Saturno

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[04-06\] : De Saturno](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II

[Mythologia, Venise, 1567 - II, 02 : De Saturno](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[04-06\] : Saturne](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[04-06\] : Saturne](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - X [04-06] : De Saturno, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 25/02/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/960>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4

Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination290v°-291r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Saturne](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia

torum sibi arrogauit; quod humanioris vitæ autor extitit; quod omnia diuina providentia gubernari prior demonstrauit, quod homines ad cultum Deorum erexit. At Phisicè.

Idem modo æther, modo æther creditus est; modo sol, modo farum, modo cælum, modo mundi anima: quæ ubi agit in corpora cœlestia, Iupiter Olympius dicta est: ubi in vires subterraneas, Iupiter Stygius: ubi in mari, Neptunus. at castratio Saturni vnum tantum esse mundum & vnum tempus significat, neque posse plures procreari. parentes Iouis Deum denique cuncta genuisse & procreasse significant; cuius affines sunt elementa. Deinde significatur illorum mutua generatio & corruptio secundum partes, cum tota moles sit sempiterna, corporaque cœlestia minime corrumpantur, frequentiorque fiat circa terram mutatio. Tum è motibus cœlorum confici harmoniam innuebant. Elementa rursus neque mares sunt, neque feminæ, cum tamen verorumque fungantur officio. omnis autem vis temporis expellitur è regno Iouis, quia post creatura a Deo corpora naturalia in elementa fructum est tantum à Saturno siue tempore, quod eius vires extra primum, cœlesseque corpus reiecitæ sint. atque sub fabulosis de Ioue narrationibus ista rerum physicarum dogmata continentur.

Quæ Ethicè.

In eadem fabula demonstratur omnem diuitiarum amplitudinem, omnemque opulentiam esse inuidiosam & insidiis plenam; cum per fraudes etiâ & insidias soleat comparari. omne enim diuitiarum immodicarum desiderium æquitatis & religionis cultum, & humanitatis iura facile prosternt; cum tranquillitas animi, & honor, & multorum reuerentia probitatis sint comites. Deinde demonstratur quod principis sapientiam & integritatem omnium rerum bonarum vbertas, ac felicitas demum consequitur. Auidia postea in omnia penetrare dicitur, eaque esse scelerum omnium fundamentum, neque quidquam magis formidandum illa esse viro bono, cum vix ullus locus auaritiæ sit clausus. Post hæc demonstratur quod is, qui deditus fuerit libidini, facile in omnes brutorum formas mutatur, & ad turpissimam quæque prolabitur. patet igitur quod neque nimio diuitiarum desiderio teneri conuenit viro bono, & quod presentibus vti sapienter oportet, & quod sapientia felicitatis est fundamentum, & quod omnis turpitudine fugienda est viro bono: quæ omnia per Iouis signimenta significabant.

De Saturno historicè.

CULTVS fuit Saturnus vt Deus de multis benemeritus, quod cum in Italiam venisset ad Ianum, & illum & populos Italiæ primus politioris vitæ rationem docuerit, & nummos imprimere inuenerit, & agrorum cultum; & Italos primus plantationes, insitiones, educationes arborum, fructiferarumque plantarum culturam docuerit. Qui cum esset sapientissimus, ob eius æquitatem & sapientiam dicitur ætas aurea sub illo fuisse, & vberissima terræ feracitas, & summa omnium concordia. Non enim legendis, quæ iusta essent, exercebantur homines sub eius imperio, sed potius agendis: cum lex & æquitas foret necessario in animis omnium impressa. Tunc igitur viri boni sine calamitatibus, sine curis, sine ægritudine propter temperantiâ vivebant, per iucundissimam senectutem, quâ maximè omnium infestat præteritorum

torum peccatorum memoria. At Physicè.

Saturni parentes declarant illum esse tempus, quod natum est ex aëthorū cœlique agitatione. Hic partes genitales patri abscidit, quia unus est æther unus mundus, vnum tempus, quod cursum cœli metiatur. Pactiones cum Titane siue Sole ita factæ sunt, ut quæ tempore nascerentur, postea omnia interirent: sic enim & elementorum, & procreatorum ex illis corporum generatio & corruptio indicatur, cū nihil nasci possit nisi ex corruptioni obnoxiiis principiis: atque hæc sine tempore confici non possunt. Cum vero res absumentur per tempus, & rursus aliæ in absumentarum locum sufficiuntur, Saturnū filios edisse sinxerunt, & rursus vomuisse: qui delectus de regno idcirco fuit, quod ætheris natura credita sit immunis ab omni corruptione, cū non sentiat vim temporis, quod inferius extra suum regnū detrulit. Sic igitur corrumpi, uti dicebam, significabant elementa, aut ex iis composita, cum quinta vocata *æther* sit suapte natura sempiterna. Locus elementorum vocatus fuit tartarus, quasi *ἀπὸ τῆς ταραχῆς* à perturbationibus scilicet, quibus est plenus. Iupiter fratres à paterna voracitate liberavit, quia elementorum materia secundum totū sit sempiterna. Atque hæc dogmata sub hac fabulâ ad philosophiam spectantia occultabantur. Nunc Ethicè dicamus.

Fuit Saturnus à filio de regno delectus, quia nullæ sunt opes eximix sine maximis periculis & animi perturbationibus: atque omnis iniquitatis denique vindex est Deus. Non offendendos esse parentes postea significabant, cum Iupiter paternam crudelitatem sit imitatus: quia paternæ vel iniquitatis vel probitatis exempla domestica filii plerumque sequuntur. Sic enim vitandam opum eximiam præstantiam, ut neque tutam neque naturæ necessariâ, & ab omni iniuria abstinendum, significabant.

Physicè de Cœlo.

COELVS Terræ filius ob mundi procreationem dictus est; quia natus putetur ex informi materia. Hic excusus fuit à Saturno, per quod demonstrabatur quod unus est æther; neque vllum tempus patietur alterum æthera produci; ac neque alterum tempus è motu cœli gignetur. Mundum igitur vnum tantum esse per hæc quæ dicta sunt, significabant: non minus quæ philosophi demonstrare postea apertioribus rationibus conati sunt.

De Iunone Physicè.

IVNO fuit Saturni filia, quia prius cœlum ab opifice Deo factum est; deinde ex eius cursu natum est tēpus, ex illo continuo æther, deinde elementa, quorum supremus est præter Iovem, aer, Iuno scilicet, omnis humanæ vitæ moderatrix: per quem imbres & grandines concitantur. Ex aere incallescunt nascuntur animalia & plantæ, pro cuius temperie mores plerumque imbibimus. Cum vero ex aqua proximè aer giguatur, nutrita dicitur fuisse ab Oceano & Thetide, cum in aera vis ætheris ad animalium procreationē agat, vxor est Iouis, cum vertatur in ignem, Vulcanum fertur peperisse. Cum aeris benignitas rebus omnibus nascentibus cōferat, coniugis fuit præfecta. Sic igitur significabant antiqui aeris locum, & vites, & actiones, & è quibus nascatur, in quod elementum proximè vertatur, quod in ipsum agat, ipsumque
aera